

The Project Gutenberg eBook of Platonis Apologia Socratis, by Plato

This ebook is for the use of anyone anywhere in the United States and most other parts of the world at no cost and with almost no restrictions whatsoever. You may copy it, give it away or re-use it under the terms of the Project Gutenberg License included with this ebook or online at www.gutenberg.org. If you are not located in the United States, you'll have to check the laws of the country where you are located before using this eBook.

Title: Platonis Apologia Socratis

Author: Plato

Translator: F. A. Wolf

Release date: February 6, 2016 [EBook #51139]

Language: Latin

Credits: Produced by Carolus Raeticus

*** START OF THE PROJECT GUTENBERG EBOOK PLATONIS APOLOGIA SOCRATIS ***

**PLATONIS
APOLOGIA SOCRATIS
EX RECENSIONE
ET
CUM LATINA INTERPRETATIONE
FRID. AUG. WOLFII.

IN USUM GYMNASIORUM.

BEROLINI, APUD G. C. NAUCKIUM
MDCCCXII.**

TABLE OF CONTENTS.

- Notes on the Apology.
 - [Introductory Notice.](#)
 - [Logical Analysis of the Apology.](#)
 - Apologia Socratis.
 - [Pars I.](#)
 - [Exordium.](#)
 - [Propositio.](#)
 - [Confutatio, i.](#)
 - [Confutatio, ii.](#)
 - [Egressio.](#)
 - [Peroratio.](#)
 - [Pars II.](#)
 - [Pars III.](#)
 - [Transcriber's Notes.](#)
-

NOTES

ON

THE APOLOGY

Introductory Notice.

Socrates' death took place in the month of May, 399 B.C., when he was more than 70 years of age (Apol. 17 D. Crito 52 E). The interval between the trial and his death was very long,—thirty days altogether. The indictment against Socrates was as follows: "Socrates is guilty of crime, first for not worshipping the gods whom the city worships, but introducing new divinities of his own; next, for corrupting the youth. The penalty due is death."

The accusers of Socr. were three: Meletus, Anytus, and Lyco: see espec. Apol. 23 E. Meletus is also mentioned by Plato in the Euthyphro 2 BC as ἀνὴρ νέος καὶ ἀγνῶς, τετανόθριξ καὶ οὐ πάνυ εὔγενειος, ἐπίγρυπτος δέ,^[TR1] and in the Apology also Socr. speaks of him as an insignificant young man. Meletus, however, presented the indictment which was hung up in the portico before the office of the ἄρχων βασιλεύς (hence περὶ τὴν τοῦ βασιλέως στοάν Euth. 2 A).^[TR2] According to the Schol. on Apol. 18, Meletus was τραγῳδίας φαύλος ποιητής,^[TR3] a statement also made by the Schol. on Aristoph. Frogs 1302: but it seems certain that we have here an error on the part of the Scholiasts who were led by Plato's words ὑπὲρ τῶν ποιητῶν ἀχθόμενος to identify the accuser of Socr. with the poet mentioned by Aristophanes I. c., where he says that Euripides borrowed a good deal of his poetry,—though this identification is absolutely impossible on account of the difference of time, as the Meletus mentioned by Aristoph. could not have been a young man in 399, even supposing that he was still alive. We know nothing more about Meletus, the accuser of Socr., from other sources, but it is possible that he was the son of the Meletus mentioned by Arist., in which case we should also gain an explanation of the motive which Plato assigns for his share in the indictment of Socr.

The most influential of the trio was Anytus, a rich βυρσοδέψης, i.e. a leather-seller, who is said to have been more especially incensed against Socr. by the presumption with which the philosopher had ventured to dissuade him from bringing up his son to his own trade, as the young man had manifested much interest in philosophical speculation and conversation. No doubt Anytus hated Socr. above all as a "corrupter of youth." Anytus was rich, but had been exiled under the Thirty, and, like so many other patriotic citizens, suffered great loss of property. He had then taken a prominent part in the expulsion of the Thirty, and was at the time of the trial of Socr. one of the leading men in Athens.^[1] Socrates' interference in his plans with respect to his son may have been all the more galling to him, as his previous losses must have made him anxious that his son also should contribute his share towards the restoration of the family fortunes. Anytus must have classed Socr. with the Sophists, and his opinion of them may be gathered from Plato, Meno 91 B, where Socr. says, οἶσθα δῆπου καὶ σὺ δτι οὗτοι εἰσὶν οἵους οἱ ἄνθρωποι καλοῦσι σοφιστάς, and Anytus answers, Ἡράκλεις, εὐφήμει, ὡς Σώκρατες· μηδένα τῶν συγγενῶν μήτε οἰκείων μήτε φίλων μήτε ἀστῶν μήτε ξένων, τοιαύτη μανία λάβοι ὥστε παρὰ τούτους ἐλθόντα λωβηθῆναι, ἐπεὶ οὗτοί γε φανερά ἔστι λώβη τε καὶ διαφθορὰ τῶν συγγιγνομένων.^[TR4]

But besides this personal motive, Anytus no doubt bore also a political grudge to Socr. Anytus was, it has been seen, a republican, and, as he had suffered for his cause, he was no doubt a radical. Now Socr. did not abstain from criticising the laws and government of Athens with the greatest candor, and even so far as to admire the Spartan and Cretan institutions: see esp. Crito 52 E. 53 B. It is quite certain that, to a great extent, Socr. was blamed by the democrats for the misdeeds of Critias, who (as they said) had been his pupil, and, at all events, had been much in the society of Socr. when a young man,—Xenophon says in order to acquire an argumentative facility which might be serviceable to his political ambition. But Critias had been the chief author of all the cruelties and spoliation perpetrated by the Thirty, and the fact is that Socr. shared the odium which attached to the name of Critias. In another of his "pupils" (I keep this appellation, though Socr. himself would reject it) Socr. had been singularly unfortunate, viz., in Alcibiades, whose rashness had done much to accomplish the great downfall which resulted to Athens from the Peloponnesian war.

Considering all these circumstances (which we can here only slightly touch upon, though they could scarcely be exhausted in a copious treatise) it is not surprising to learn from Xenophon (Mem. 1, 2, 9) that it was the general belief in Athens that Socr. "excited the young men to despise the established constitution, and to become lawless and violent in their conduct."

The displeasure which Meletus felt against Socr. in the interest of the poets may be easily accounted for when we read the corresponding passage in the Apology, and recollect the fact that Socr. is said to have been fond of citing the worst passages of great poets in confirmation of theories particularly disagreeable to the taste of an Athenian, e.g. inferring from some lines of the second book of the Iliad that Homer praised the application of stripes to poor men and the

common people (Xen. Mem. 1, 2, 56-59).

As for Lyco, the third accuser of Socr., we know about him perhaps even less than about Meletus. Diogenes Laërt. (2, 38) says that he was a demagogue, and from Plato we learn that he was a ὥρτωρ^[TR5]—of what kind may be gathered from our note on Apol. 23 E.^[TR6] Socr. himself ascribes the success of the accusation to Anytus and Lyco (Apol. 36 A), and the latter must therefore have been of much service in conducting the trial.

The cause of Socr. was what was technically styled ἀγὼν τιμητός,^[TR7] i.e., after the defendant was pronounced guilty by the judges, the punishment for his offence was left to them to fix; but both the prosecutor and the defendant were called upon to propose such a punishment (τιμᾶσθαι) as they considered fit for the offence. The punishment proposed by Meletus was death; the one proposed by Socr. may be learned from the *Apology*.

The trial of Socr. was conducted before the ἡλιασταῖς:^[TR8] on their number see note on Apol. 36 A.
[TR9]

As for the defence of Socr., the reader is advised to study the *Apology* and the logical analysis of it which we subjoin: in general it may be said that the *Apology*, if not an exact reproduction of the speech made by Socr. at his trial, is doubtless an imitation of it so far as Plato's memory and own individuality (though this appears here entirely merged in the person of the *historical* Socr., while in Plato's other writings we generally have an *ideal* Socr.) enabled him to put down the arguments and expressions used by his master on that memorable occasion. This, at least, is the view taken by Grote, *History of Greece*, chap. Ixviii., to which chapter on Socr. it seems desirable to direct the attention of the student after he has fully mastered the *Apology*, *Crito*, and *Phaedo*.

LOGICAL ANALYSIS OF THE APOLOGY.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ (*exordium*) 17-18 A: discarding all the usual rhetorical embellishments, Socr. is going to address the judges in simple, homely words, and say nothing but the truth; at the same time he begs a favorable attention to this unusual kind of speech.

ΠΡΟΘΕΣΙΣ (*propositio*) 18 B-19 A: Socr. has to refute a double kind of accusation, viz., besides the one brought against him by Meletus, the popular prejudices raised against him and kept up by the charges of his enemies.

ΠΙΣΤΙΣ (*confutatio*) 19 B-27 E in two parts, and first (-24 A) the misrepresentations mentioned in the second place are shown to be entirely without foundation, and the difference between Socr. and the Sophists is pointed out. The origin of these accusations is found in the annoyance created to many citizens by Socrates' habit of examining into their knowledge, and the zeal of his disciples who imitate this proceeding; but Socr. himself feels obliged to do so in consequence of an oracle of Apollo. To revenge themselves on Socr. these persons lay upon him the same blame as justly applies to the Sophists.

The second part (24 B-27 E) contains the actual refutation of the charge brought by Meletus, Anytus, and Lyco, and this charge being twofold, the defence also is subdivided into two parts.

(a) Socr. shows that Meletus knows nothing of the art of education. If Socr. corrupts the youth it is necessary that he should do so either intentionally or unintentionally: the first he certainly does not, as only a madman could act so, it being the interest of all to live in a state composed of good citizens rather than of bad ones; if the latter be the case, Meletus ought to have spoken to Socr. privately and not have treated his ignorance as a crime.

(b) As to the charge of introducing new divinities in the place of those worshipped by the city, Socr. shows that Meletus seems here to contradict himself, as the assumption of a daemonium implies also a belief in the existence of gods.

ΠΑΡΕΚΒΑΣΙΣ (*egressio* or *degressio*) 27 E-34 B. In spite of all these arguments Socr. feels nearly certain that he will be pronounced guilty, not so much on account of the charge now brought against him by Meletus, as in consequence of the general hatred against him. Yet he does not regret his previous doings, as his conscience assures him that he has been doing right, and accomplishing the mission entrusted to him by God. The fear of death shall not deter him from doing his duty, and if he were now released on the condition never to "teach" any more, he would refuse to accept life on these terms, as he knows he could not fulfil them. But should the Athenians sentence him to death, they will thereby deprive themselves of a monitor such as the gods will not again vouchsafe to their city. That Socr. was fulfilling a divine mission appears also from his poverty, which is caused by his postponing all domestic interests to his vocation of being a public monitor to the citizens. Socr. then adds a few words about his public life, and shows that there, too, he always intrepidly adhered to the principles of justice and honesty, even so as to brave the rage of a mob and the fury of the Thirty. Lastly, Socr. maintains that he is not responsible for the ill-deeds of some of those who used to be in his society and are called his pupils, as he himself never professed to teach them any thing. Nor (says he) has any one of the young men who were with him ever charged Socr. with corrupting him, nor have their parents or relatives done so; on the contrary many are now present at the trial, ready to help and support Socr. in any way they can.

ΕΠΙΛΟΓΟΣ (*peroratio*) 34 C-35 E. Contrary to the common habit of moving the judges to compassion in order to obtain a lenient verdict, Socr. says that he will do nothing of the kind as this would be equal to inducing the judges to violate their oath.

The *second* part of the *Apology* requires no rhetorical disposition. Socr. confesses not to be surprised at the result of the trial: as to the τύμησις^[TR10] which he is now called upon to fix, he declares that he deserves the honor of dining in the prytaneum, if indeed he must justly estimate his own deserts. But he will yield to his friends so far as to offer to pay a fine which he is able to set down at 30 minae, his friends being ready to become securities for this sum, which would be above the means of Socr. himself.

The *third* part is first addressed to those of the judges who voted for death, and to them Socr. predicts that they will soon repent of their injustice. Then, turning to those who voted in favor of him, he joyfully proves to them that he neither expects death like a coward, nor looks upon it as an evil. A last request Socr. has to address to his judges, that, should his sons ever prefer riches to virtue and think themselves wise without being so, they may be corrected and put right in the same manner as Socr. himself used to act towards the Athenians.

[1] See Frohberger's note on Lysias, Vol. I. p. 160.

[TR1] "SOCRATES: A young man who is little known, Euthyphro; and I hardly know him: his name is Meletus, and he is of the deme of Pittis. Perhaps you may remember his appearance; he has a beak, and long straight hair, and a beard which is ill grown." (Project Gutenberg-text 1642)

[TR2] "EUTHYPHRO: Why have you left the Lyceum, Socrates? *and what are you doing in the Porch of the King Archon?* Surely you cannot be concerned in a suit before the King, like myself?" (Project Gutenberg-text 1642)

[TR3] "a bad tragic poet".

[TR4] Meno 91 B: "SOCRATES: You surely know, do you not, Anytus, that these are the people whom mankind call Sophists?

ANYTUS: By Heracles, Socrates, forbear! I only hope that no friend or kinsman or acquaintance of mine, whether citizen or stranger, will ever be so mad as to allow himself to be corrupted by them; for they are a manifest pest and corrupting influence to those who have to do with them." (Project Gutenberg-text 1643)

[TR5] "a public speaker, pleader", Latin "orator" (Liddell and Scott, "An Intermediate Greek-English Lexicon. Oxford. Clarendon Press. 1889).

[TR6] Wagner, p. 85: "Cf. also Gellius 3, 13, *Callistratus Athenis orator in re publica fuit quos illi δημαγωγοὺς appellant*. Lyco belonged no doubt to the same class as Callistratus."

[TR7] "agôn timêtos": in such a case the law did not stipulate a specific penalty.

[TR8] "a jurymen of the court, a Heliast" (Liddell and Scott, 1889).

[TR9] Wagner, p. 104: "Diogenes Laërtius 2, 41, agrees with our passage in stating that 281 judges pronounced Socr. guilty."

[TR10] "an assessment of damage", Aeschin., etc. "a rating" or "assessment", Arist. (Liddell and Scott, 1889).

APOLOGIA SOCRATIS.

PARS I.

EXORDIUM.

Quomodo vos, Athenienses, affecerint accusatores mei, nescio: ego certe ipse quoque, illis dicentibus, paene mei sum oblitus; adeo persuasibilis eorum oratio erat. Quamquam veri quidem, prope dicam, nihil dixerunt. Sed ex plurimis rebus, quas mentiti sunt, maxime unam sum hanc miratus, quod monebant cavendum esse vobis, ne a me deciperemini, qui peritus essem dicendi. Quod enim eos non puduit, quia nunc statim a me refellentur re ipsa, ubi patuerit me ne mediocriter quidem peritum esse dicendi, id mihi visum est ab iis impudentissime fieri: nisi forte dicendi peritum ipsi vocant eum, qui vera dicat. Si enim hoc volunt, fatebor equidem me, non ipsorum exemplo, esse oratorem. Isti igitur, ut ego aio, nihil veri dixerunt; vos autem ex me nihil nisi verum audietis. Non, hercle, Athenienses, pulchris contextam orationem, qualis ipsorum fuit, verbis et vocabulis, neque ornatam, sed audietis immediate dicta quotidianis vocabulis. Nam credo iusta esse quae dico: et ne quisquam vestrum exspectet aliter. Non enim deceat, opinor, cives, huic aetati, velut adolescentulo fingenti orationem, ad vos prodire. Et vero hoc etiam atque etiam, Athenienses, vos rogo et quaeso, si me eodem genere audiatis pro me dicentem, quo loqui sum solitus et in foro apud mensas, ubi me vestrum plerique audierunt, et aliis in locis, ut nec miremini, neque ob illud tumultuemini. Nam ita se res habet. Nunc ego primum in suggestum iudicij adscendi, annos natus plus septuaginta. Mirifice ergo hospes sum in dictione hic usitata. Ut igitur, si revera hospes essem, veniam mihi, opinor, dareatis, si et voce illa et modo illo loquerer, in quibus nutritus essem: ita etiam nunc a vobis peto, id quod iustum est mea sententia, ut mihi dicendi modum liberum sinatis—fortasse enim aliquantulum deterior erit, fortasse melior—; idque solum consideretis, atque ad id animum advertatis, utrum iusta dicam nec ne. Nam iudicis haec laus est; oratoris autem, vera dicere.

PROPOSITIO.

Primum igitur aequum est, Athenienses, me ad prima quae in me iacta sunt mendacia et primis accusatoribus respondere; deinde ad posteriora et posterioribus. Mihi enim apud vos multi exstiterunt accusatores, qui iam pridem multos per annos et nihil veri dixerunt; quos ego magis metuo quam Anytum eiusque socios, quamvis etiam hi sint graves. Verum illi sunt graviores, qui vestrum plerisque a pueritia acceptis persuadebant rem, quam criminis mihi darent, falsissimam: esse quandam Socratem, virum sapientem, qui et coelestia curet, et quae sub terra sint omnia perquisierit, causamque inferiorem efficiat superiorem. Hi quod eam famam sparserunt, Athenienses, graves illi sunt accusatores mei. Nam qui audiunt, putant eos, qui talia querant, ne deos quidem esse statuere. Deinde accusatores hi sunt numero multi, et longo iam tempore me accusarunt; tum etiam ea aetate vobis haec dicebant, qua maxime credere possetis, quum vos partim pueri essetis et adolescentuli, absentemque accusabat, prorsus nemine causam dicente. Sed quod omnium absurdissimum est, ne nomina quidem eorum licet scire aut dicere, praeterquam si quis poeta inter eos est comicus. Quicumque autem invidia moti et calumnia usi sollicitabant vos, et quod sibimet ipsis persuasum erat, aliis persuadebant, hi omnes longe difficillimi sunt. Neque enim huc producere licet eorum quemquam, nec redarguere; sed necesse est prorsus ut quasi cum larvis pugnem et dicendo et redarguendo, respondentem nemine. Itaque etiam vos existimate, ut ego aio, duplices mihi accusatores exstisset; alteros, qui modo accusarunt; alteros, qui iam pridem, quos dixi: ac putate mihi faciendum ut adversus illos veteres me primum defendam. Nam et vos illis prius accusantibus aures praebuistis, multoque magis quam his posterioribus. Age vero, respondendum nunc est, Athenienses, atque enitendum, ut invidia, quam vos longo tempore conceptam habetis, ea vobis eximatur tam brevi tempore. Velim igitur hoc ita fieri, si quid expediat et vobis et mihi, et respondendo me quipiam proficere: sed arbitror id difficile esse, minimeque me latet, qualis sit rei conditio. Verum tamen hoc ita esto, uti deo placet; legi quidem parendum est et causa dicenda.

CONFUTATIO, i.

Itaque repetamus a principio, quae illa accusatio sit, unde exorta est infamia mea; cui iam etiam fidem habens Melitus, hanc mihi actionem intendit. Age vero, quidnam, quod criminis mihi darent, dicebant criminatores? Velut accusatorum enim nobis recitanda est iurata formula ipsorum: *Socrates iniuste curioseque facit, quod inquirit quae sub terra sunt et quae in coelo, et causam inferiorem efficit superiorem, aliosque eadem docet.*

Talis fere formula est. Atqui talia videbatis ipsi quoque in Aristophanis comoedia, Socratem quandam ibi traduci, praedicantem se per aerem gradiri et alias plurimas nugas agentem: quibus de rebus ego nihil nec magnum quicquam nec tantillum intelligo. Atque hoc non dico tamquam contempnens id genus scientiae, si quis talium rerum sapiens est: nequaquam ego tot criminibus a Melito reus fiam! Sed mihi talibus cum rebus, Athenienses, nihil est. Testes hic rursus adhibeo plerosque vestrum, postuloque ut vos alius alium edoceatis et dicatis, quotquot me umquam audistis disserentem: nam multi vestrum sunt qui audierunt. Dicite ergo inter vos, an quis vestrum umquam de talibus rebus me quicquam aut magnum aut tantillum audierit disserentem: atque ex eo cognoscetis, huiusmodi esse etiam cetera de me vulgo narrata. At neque horum quicquam factum est: nec vero si ex quoquam audistis, me id factitare ut erudiam homines et mercedem exigam, ne hoc quidem verum est. Tametsi hoc quidem mihi videtur pulchrum esse, si quis possit erudire homines, quemadmodum et Leontinus Gorgias et Prodicus Ceus et Hippias Eleus. Nam horum quisque, cives, potest in quamvis civitatem profectus, adolescentibus, quos nihil prohibet cum quocumque velint suorum civium gratis versari, his, inquam, persuadent ut, relicta illorum consuetudine, cum ipsis versentur, pretio soluto, atque insuper gratiam habeant. Praeterea etiam aliis homo Parius hic est sapiens, quem ego sic cognovi esse in urbe. Forte enim conveneram virum, qui sapientiae doctoribus plus pecuniae numeraverat quam ceteri omnes, Calliam Hipponici. Hunc igitur rogabam—sunt enim ei duo filii—: Callia, inquam, si tui filii pulli equini aut vituli essent nati, haberemus certe quem iis magistrum caperemus et conduceremus, qui eos esset probos praestantesque redditurus in quo conveniret genere virtutis: quippe is foret aliquis peritorum aut rei equestris, aut agriculturae: nunc quoniam homines sunt, quem iis magistrum capere cogitas? quis huius virtutis, qua et homo et civis praestat, sciens est? nam te puto id quaevisisse, propterea quod filios habes. Estne aliquis, inquam nec ne? Vero, inquit. Quis, inquam, et cuius? et quo pretio docet? Evenus, inquit, mi Socrates, Parius; quinque minis. Ibi tum ego Evenum beatum praedicavi, si vere nosset hanc artem, et adeo commode doceret. Ego ergo ipse quoque placerem mihi et superbirem, ista si tenerem: sed non teneo, Athenienses.

Hic forsitan suscipiens aliquis dicat vestrum: Quodnam ergo tibi, Socrate, negotium est? Unde crimina haec in te conflata sunt? Non sane enim, te nihil curiosius ceteris tractante, postea tantus rumor et sermo exiit, nisi aliud quicquam ageres quam plerique. Dic ergo nobis, quid rei sit, ne etiam nos temere de te pronunciemus. Hoc qui dicit, videtur mihi aequum dicere. Quare ego conabor vobis demonstrare, quae tandem ea res sit, quae mihi et nomen et crimen peperit. Audite, queso. Ac fortasse nonnullis vestrum videbor ludere; sed mihi credite, nihil vobis nisi verum narrabo. Nam ego, Athenienses, ob nullam rem aliam nisi ob sapientiam quandam hoc nomen adeptus sum. Qualis ista sapientia sit, rogatis. Est ea, ut opinor, humana sapientia. Vere enim videor in hoc genere sapiens esse; illi autem, quos modo dicebam, facile in maiore quodam quam humano genere sapientiae fuerint sapientes; aut non habeo quod dicam. Non enim profecto illam teneo; sed quisquid id ait, is et mentitur et mei criminandi causa dicit. At ne mihi obstrepatis, Athenienses, etiamsi videar vobis aliquid magnum dicere. Non enim meum erit dictum, quod

dicam, sed auctorem, qui dixit, haud spernendum vobis laudabo. Mea enim an sit aliqua sapientia et qualis, testem vobis adhibeo deum Delphicum. Nam Chaerephontis, opinor, meministis. Is et mihi sodalis erat ab adolescentia, et vestrum maiori parti simul sodalis, simul vobiscum nuper ex urbe fugit rediitque. Ac noctis sane qualis fuerit Chaerepho, quam vehemens ad quacumque rem animum appulisset. Ita etiam quondam Delphos prefectus, hanc rem ausus est sciscitari—sed propter id quod dicam ne tumultuemini, cives—: rogavit enim hercle, an quisquam esset me sapientior; Pythia autem respondit, neminem sapientiorem esse. Quibus de rebus apud vos hic frater eius testabitur, quoniam ipse mortuus est. Iam videte, quibus de causis haec dicam. Volo enim vos docere unde mihi crimen conflatum sit. Nam ego illa re audita, sic cogitabam: Quid tandem dicit deus? aut quid significat? nam ego sane mihi ipse nec magnae nec tantillae conscius sum sapientiae. Quid ergo tandem dicit, quum ait me sapientissimum esse? Non enim profecto mentitur, puto; neque enim fas illi. Sic diu haerebam, quid tandem diceret: posthac aegerrime ad illud inquirendum hac fere via me contuli. Accessi ad eorum quandam qui sapientes videbantur esse, ibi credens me, si uspiam alibi, posse arguere oraculum, et adversus eius responsum ita dicere: Hicce est certe sapientior quam ego; tu autem dixisti me. Ergo quum dispicerem hominem —nomine enim appellare nihil attinet: erat autem civilium virorum quidam, quem quum inspectarem, ista prope mente fui, Athenienses—: mox cum eo colloquenti visus mihi est ille tum aliis multis hominibus, tum sibi maxime sapiens videri, at non esse. Ibi conabar ei demonstrare, ipsum putare se esse sapientem, at non esse. Ex eo igitur et ipsi factus sum invitus, et multis eorum qui aderant. Inde ego domum abiens hoc reputabam: Isto quidem homine ego sapientior sum. Nam etsi fortasse neuter nostrum quicquam scit rei praeclarae aut bonae; at ille putat se aliquid scire, quum nihil sciat; ego autem, ut nihil scio, ita ne puto quidem me scire quicquam. Igitur tantulo hoc ipso videor esse sapientior illo, quod quae nescio, ea me ne puto quidem scire. Inde me ad alium contuli ex iis, qui sapientiores illo habebantur; sed is mihi in eandem venit opinionem. Tum vero et huic et aliis multis invitus factus sum. Postea ergo iam ordine singulos adii, videns quidem et dolens invisum me fieri, atque ob id metuens: sed necessarium factu videbatur ut divinae vocis maximam rationem haberem, et quid illa sibi vellet irem exploratum ad omnes omnino, qui aliquid scire viderentur. Ibi iam, Athenienses—oportet enim verum ad vos dicere—, Canem adiuro, hoc mihi accidisse quod dicam. Qui in summa dignatione erant, ii paene maxime mihi visi sunt manci esse, quaerenti de monitu dei: alii vero qui contemptiores habebantur, ad prudentiam probatores esse homines. Ostendendus nimirum vobis est error meus, tamquam laboribus me frangentis, ut mihi denique a nemine posthac argui oraculum posset. Nam a civilibus viris transii ad poetas, tum tragicos, tum dithyrambicos, tum ceteros, velut ibi manifesto deprehensurus me illis indoctiorem esse. Ergo in manus sumptis eorum carminibus, quae mihi maxime ab iis elaborata videbantur, eos subinde interrogabam, quid dicerent, ut simul etiam aliquid discerem ab illis. Atqui pudet me vobis verum fateri, cives: attamen fatendum est. Nam prope dixerim, omnes paene qui hic adsunt, istis melius dicerent de iis quae isti composuerant. Ex eo itidem intellexi brevi, etiam poetas quae componerent, non sapientiae copia componere, sed naturae quadam vi et divino instinctu, veluti vates atque fatidicos. Nam hi quoque multa et praeclara dicunt, nec tamen quicquam intelligent eorum quae dicunt. Eiusmodi quippiam etiam poetis vidi evenire; simulque animadverti, eos propter carminis artem putare, se rerum quoque ceterarum sapientissimos esse homines, quarum non essent. Itaque etiam hinc abii, credens me illis eadem re superiorem esse, qua fuisse oratoribus. Postremo ad artifices ivi. Nam conscius mihi eram, nihil propemodum me scire; hos autem noram futurum esse ut invenirem multa et praeclara doctos. Neque ea quidem me fecellit opinio; sed sciebant res quas ego nesciebam, et hactenus me sapientiores erant. Verum, Athenienses, eodem vitio, quo poetae, laborare mihi visi sunt etiam boni opifices. Quod artem praeclare tractarent, putabant se quisque ceterarum quoque rerum vel maximarum sapientissimos esse. Atque hic eorum error sapientiam illam obscurabat. Quocirca me ipse interrogabam oraculi nomine, utrum vellem talis qualis essem esse, ita ut neque ad sapientiam illorum essem ullius rei sapiens, neque ad illorum imperitiam imperitus, an utrumque eorum quae illi haberent habere. Ac respondi mihi ipsi atque oraculo, satius esse, me sicut essem esse. Ex hoc iam examine, Athenienses, et multae mihi inimicitiae contractae sunt, longeque acerbissimae illae et gravissimae: quo factum est ut multa mihi crimina conflata sint: et nomen hoc additum est quo sapiens vocor. Credunt enim qui adsunt, quoties ulla in re alium redarguo, in ea ipsum me esse sapientem: at illud vix dubium est, Athenienses, quin revera sapiens sit deus, illoque responso id significet, humanam sapientiam parvi faciendam esse ac potius nihil. Videturque non de Socrate id dicere, sed usus esse tantum meo nomine, me exemplum proponens, quasi dicat: Is vestrum, homines, sapientissimus est, quisquis ut Socrates cognovit nihil se esse ad veram normam sapientiae. Quamobrem ego ad hunc usque diem circumiens quaero scrutorque monitu dei, tum in civibus, tum in hospitibus, si quem eorum arbitror sapientem esse; qui ubi mihi non videtur, dei causam agens ostendo eum non esse sapientem. Itaque prae eo negotio nullum mihi otium fuit nec rerum civilium ullius memorabilis agendae, nec domesticarum; sed in extraea versor paupertate propter hoc dei ministerium. Praeterea qui me assectantur sponte adolescentes, quibus maxime otium est, ditissimorum illi patrum, eos delectat audire quum explorantur homines: ipsique saepe me imitantur; ita operam dant ut alios explorent; postea, credo, inveniunt magnam copiam hominum, qui se putant aliquid scire, sed aut pauca sciunt, aut nihil. Hinc ergo ii qui ab illis explorantur, irascuntur mihi, non illis; et dicunt, Socratem esse quandam impurissimum, ab eoque corrumpi adolescentes. At ubi aliquis eos rogat, quibus factis et qua doctrina, nihil quidem habent dicere, sed rem ignorant; tamen ut ne haerere videantur, ista quae in omnes sapientiae studiosos in promptu sunt convicia, iaciunt, scrutari eum coelestia et subterranea, deosque non statuere, et inferiorem causam efficere superiorem. Nam verum, ut arbitror, nolint dicere, suam et scientiae simulationem et rerum omnium inscitiam patefactam esse. Quoniam igitur illi, opinor, ambitiosi sunt et vehementes et multi, et de compacto et persuasibiliter de me dicunt, impleverunt aures vestras, et pridem et nunc vehementer criminando. Ex quibus et Melitus me adortus est et Anytus et Lyco: Melitus, quod poetarum nomine

dolet; Anytus, quod opificum et eorum qui rempublicam tractant; Lyco, quod nomine rhetorum. Quapropter, sicut initio dixi, admirer, si ego vobis possim tam brevi tempore hanc invidiam eximere, in tantum auctam. Habetis, Athenienses, ea quae vera sunt: nam ego nec magnum quicquam nec tantillum vobis occultans aut dissimulans, causam dico. Tametsi propemodum scio, iisdem veris dicendis me in odium incurrire. Quae res argumento est, vera me loqui, idque esse meum crimen, et has rei causas esse. Itaque sive nunc, sive posthac ista quaesieritis, ea ita esse invenietis.

CONFUTATIO, ii.

De iis rebus igitur, de quibus primi accusatores me accusabant, defensio mea satis haec sit ad vos. Ad Melitum autem, virum optimum et civitatis amantem, ut ait, et ad posteriores, dehinc me conabor defendere. Iam rursus, quando hi sunt alii accusatores, eorum sumamus iuratum litis formulam. Habet autem sic fere: *Socratem ait iniuste facere, quod et adolescentes corrumpat, et deos, quos civitas statuit, non statuat, sed alia daemonia nova.*

Tale igitur est crimen. Iam eius criminis unamquamque partem examinemus. Ait me iniuste facere, qui corrumpam adolescentes. Ego autem, Athenienses, iniuste facere dico Melitum, quod serio ludit et temere in iudicium homines vocat, simulans de rebus laborare se et sollicitum esse, quarum nulla ipsi umquam cura fuit. Quod ita esse, conabor etiam vobis ostendere. Quare dic mihi, quaeo, Melite: Nempe plurimi facis, ut adolescentes fiant quam optimi? Ita. Dic his, age, quis eos meliores reddit? non enim dubium est quin id scias, quum res tibi curae sit. Nam corruptorem, ut ait, nactus me ad hos educis atque accusas. Ergo eum qui meliores reddit demonstra, age dum, et ostende iudicibus. ... Viden' te silere, Melite, neque habere quod dicas? Atqui annon turpe hoc tibi satisque arguere videtur, id quod ego aio, te nihil rem curasse? ... Iam dic, amabo, quis illos reddit praestantiores? Leges. At non hoc rogo, vir optime; sed quis homo, qui primum etiam id ipsum sciat, leges. Iudices hi, Socrate. Ain' tu, Melite? Hine possunt erudire et meliores reddere adolescentes? Maxime. Utrum unusquisque, an alii eorum possunt, alii non possunt? Unusquisque. Pulchre, Iuppiter, narras, et magnam copiam hominum iuventuti utilium. Quid autem? utrum auditores hi eos meliores reddunt, annon? Etiam hi. Quid? Utrum senatores? Etiam senatores. At numquid, Melite, concionarii cives corrumpunt iuventutem? an illi quoque eos meliores quisque reddit? Etiam illi. Praeter me igitur, quantum video, nemo est Atheniensium, qui non reddit probos ac praestantes; ego autem solus corrumpo. Ain' tu? Prorsus plane id aio. Sane magnum in me arguis infortunium. Itaque mihi responde: Utrum etiam in equis res ita esse tibi videtur, ut qui eos meliores faciant, ii sint omnes homines, unusque sit quidam qui corrumpat? an contra plane, ut unus quidam sit qui eos possit meliores facere, aut perpauci, qui in arte equestri versantur; plerique autem, quum equos tractant et iis utuntur, corrumpant? annon ita, Melite, res est tum in equis, tum in ceteris omnibus animantibus? ... Certissime, sive tu et Anytus negatis, sive aitis. Magna sane quaedam felicitas nostra videtur esse in adolescentibus, si unus modo eos corrumpit, ceteri iis utilitatem praebent. Atenim satis ostendis, Melite, numquam tibi curae fuisse adolescentes; ipseque perspicue declaras negligentiam tuam, quod me de rebus, quarum procul a te studium fuit, ad iudices educis. Sed amplius nobis dictu, per deum immortalem, Melite, satiusne est habitare inter cives bonos, an inter malos? ... Responde, sodes. Nihil difficile rogo. Annon et mali proximis semper vicinis in aliqua re nocent, et boni prosunt? Omnino. Estne ergo aliquis, qui ab iis quorum consuetudine utitur, potius damnum malit quam commodum accipere? ... Amabo, responde. Respondere quidem etiam lex iubet. Estne qui sibi velit noceri? Nemo quisquam.

Age vero, utrum huc me vocasti, quod corrumpam adolescentes et pessimos eos reddam consulto, an quod nolens? Quod consulto scilicet. Quid tandem adeo tu istud aetatulae, Melite, me sapientior es homine hoc aetatis, ut tu quidem cognitum habeas, et malos male proximis semper vicinis facere, et bonos bene: ego autem eo ignorantiae venerim, ut hoc quoque nesciam, si quem eorum quibus utar, improbum fecero, me in periculum incurrire, ne quid ab eo mali accipiam? Tantumne ergo hoc mali voluntate mea attraho, ut tu ait? Hoc ego tibi non credo, Melite, neque alias, puto, quisquam hominum crederet; verum aut non corrumpo, aut, si corrumpo, facio nolens. Ita tu quidem utrobique mentiris. Sin autem nolens corrumpo, peccatorum talium et involuntariorum neminem moris est arcessere, sed privatum prensum docere et commonefacere. Non enim dubium est, ubi rem didicero, me destitutum esse ab eo, quod faciam imprudens. Tu autem agere mecum et me docere vitasti atque noluisti; huc educis, quo educere moris est eos qui castigationis egent, non disciplinae. Atenim illud, Athenienses, iam apparent, quod ego dicebam, huic Melito rem nulli umquam curae fuisse ...

Tamen dic nobis, quomodo^[TR1] ait, Melite, adolescentulos a me corrumpi? Nempe, quantum litis a te agendae formula indicat, eo quod doceo statui non oportere deos quos civitas statuit, sed alia daemonia nova? annon haec docentem me dicis esse corruptorem?

Immo prorsus plane hoc dico. Ipsorum ergo, Melite, horum deorum causa, quorum nunc res agitur, velim id etiam planius dicas et mihi et hisce viris. Nam ego intelligere nequeo, utrum dicas docere me statuendos deos aliquos—adeoque ipse statuo esse deos, nec penitus tollo numen eorum, neque hac parte pecco—; modo non eos quos civitas sed alios, atque hoc est illud, de quo me accusas, quod alios; an omnino me ait neque ipsum statuere deos, et eadem ceteros docere. Hoc dico, te omnino deos non statuere. O mirifice Melite, quorsum hoc dicens? Ergo ne solem quidem nec lunam statuo esse deos, sicut homines ceteri? Non hercle, iudices: nam et solem esse lapidem ait, et lunam, tellurem.

Anaxagoram a te accusari putas, dilecte Melite; et ita contemnis hos, et litterarum expertes putas

esse, ut nesciant Anaxagorae Clazomenii libros harum quaestionum refertos esse. Nimirum haec etiam adolescentes a me discunt, quae cuivis subinde, si permagno, drachma licet de scena emere, ut Socratem irrideant, si haec simulet sua esse, praesertim tam absurdia. Siccine, pro Iuppiter, videor tibi neminem statuere deum esse? Neminem vero, hercle, nullo pacto. Rem dicis, Melite, quae supra fidem sit, ac sane, ut ego arbitror, tuam ipsius. ... Videtur enim hic mihi, Athenienses, nimis superbus et petulans esse, planeque superbia quadam et intemperantia et iuvenili levitate accusationem hanc suscepisse. Dixeris eum velut aenigmatis conditorem experiri, utrum^[TR2] ille scilicet sapiens Socrates intelliget me ludere et pugnantia dicere, an illum ceterosque, qui audiunt, in fraudem illiciam? Nam video eum sibimet ipsum contraria dicere in me accusando, tamquam si dicat: Socrates iniuste facit, quod deos non statuit, sed quod deos statuit. Atqui hoc est iocantis. Iam considerate mecum, Athenienses, quomodo haec dicere me videatur: at tu responde nobis, Melite. Vos autem, id quod initio a vobis petii, memineritis mihi non obstrepare, si consueto more verba faciam. Estne hominum aliquis, Melite, qui statuat res humanas esse, homines autem non statuat? ... Respondeat, Athenienses, et ne aliud atque aliud oclamitet. ... Estne qui equos non statuat, verum artem equestrem? Aut qui tibias non statuat, verum tibiarum inflandarum artem? ... Nemo est, vir optime. Nisi tu vis respondere, ego tibi narrabo et ceteris auditoribus. Sed quod statim rogavero, ad id responde. Estne qui daemonia seu divina esse statuat, daemonas autem seu deos non statuat? Nemo est. Ut iuvisti nos! Quippe vix tandem respondisti, ab auditoribus coactus. Annon ergo daemonia et statui a me ais et doceri, sive nova ista seu vetera? Ita daemonia certe statuo, te iudice: idque etiam in formula litis iureiurando confirmasti: sed si daemonia statuo, etiam daemonas, opinor, a me statui prorsus necesse est. Annon est ita? ... Est vero. Sumo enim te affirmare, quoniam non respondes. Iam daemonas annon aut deos esse ducimus, aut deorum filios? Ais an negas? Aio. Sic igitur, si daemonas esse credo, ut tu ais, sive illi dii quidam sunt, id verum est quod dico, te perplexe loqui et iocari, negantem credi a me deos, et aientum rursus deos a me credi, quia daemonas esse credam: sin illi deorum filii quidam sunt spurii, vel ex Nymphis, vel ex aliis quibusdam feminis, quarum etiam dicuntur, num quisquam deorum filios credit esse, deos autem non credit? Aeque enim absurdum id fuerit, ac si quis equorum prolem credit esse vel asinorum, mulos, equos autem et asinos non credit. Quamobrem fieri non potest, Melite, quin tu aut quod velles haec nos tentare, item hanc moveris, aut quod non haberes in quod me vocares verum crimen. Ut autem cuiquam tu persuadeas hominum, qui vel paululum habeat mentis, eiusdem esse viri, et ponere daemonia ac divina, et non ponere nec daemonas, nec deos, neque heroas, id vero fieri nullo modo potest.

EGRESSIO.

At enim, Athenienses, me culpa vacuum esse ex ipsa Meliti accusatione, non longam poscere mihi videtur defensionem, sed vel haec sufficient: quod autem supra dicebam, in magno et multorum odio me versari, id, scitote, verum est. Atque hoc est quod me perdet, si quid perdet, non Melitus, neque Anytus, sed vulgi criminatio et invidia; quae res multos etiam alios eosque bonos viros perdiderunt, atque in posterum, credo, perdent: neque adeo metuendum erat ne illa vis in me deficeret.

Iam dicat forsitan aliquis: Et non te pudet, Socrate, eo usum esse vitae instituto, unde impendeat nunc tibi periculum mortis? Huic ego iustissime ita respondebo: Haud recte dicis, mi homo, si vivendi aut moriendi periculum putas reputandum esse ab eo, cuius vel mediocris sit virtus, et non unum potius illud spectandum, si quid agat, utrum iuste an iniuste agat, bonique an mali viri fungatur officio. Nam ista quidem tua ratione vitiosi forent heroes illi, quotquot ad Troiam occubuerunt, tum ceteri, tum Thetidis filius: qui adeo periculum contempsit p[ro]ae subeunda aliqua turpitudine, ut, postquam ei occidere cupienti Hectorem, dixisset mater, quae quidem erat dea, sic fere, ut opinor: Fili, si Patrocli amici caedem ulciscere, atque Hectorem interficies, ipse moriere: —*Illico enim iam*, inquit, *post Hectora nex tibi certa est*—: ille igitur, his auditis, mortem ac periculum parvi pendens, multoque magis metuens vivere ignavus, et amicos non ulcisci, *Illico sic*, inquit, *moriar*, iniuriam persecutus eius qui laesit, ne deridendus hic maneam *curvas ad naves, telluris inutile pondus*. Numne illum putas curasse mortem ac periculum? Ita enim res est plane, Athenienses: quo quisque in loco se statuerit ipse, quod optimum arbitraretur sequutus, aut a praefecto statutus fuerit, ibi eum oportet meo iudicio perstare et dimicare, nihil nec mortem neque aliud quicquam reputantem p[ro]ae turpitudine. Itaque si ego olim, quum statuerunt me praefecti, qui a vobis cum imperio in me creati erant, et in Potidaea et in Amphipoli et ad Delium, tum quo in loco statuerunt, mansi non secus quam quilibet aliis, et vitae periculum adii: nunc graviter delinquam, Athenienses, si, quum deus me, ut ego putavi atque in animum induxi, huc statuerit ut viverem occupatus in sapientia quaerenda in meque ipso et ceteris explorandis, ibi aut mortis aut aliis cuiusquam rei metu de statione discedam. Indignum profecto sit, et meritissimo me aliquis in ius educat, quod deos esse non credam, ut qui oraculo fidem non habuerim, mortemque metuam, et sapiens esse mihi videar, qui non sim. Nihil enim, cives, aliud est, metuere mortem, quam videri sibi sapientem esse, qui non sit. Est enim, quae nescit, videri scire. Nam quid sit mors, nemo scit; ne id quidem an homini sit omnium maximum bonorum: sed metuunt, quasi probe sciant maximum malorum esse. Atque hoc nonne manat ex probrosa ista inscitia, quum quis putat se scire ea quae nescit?

Ego autem, cives, hac re fortasse hic quoque vulgus hominum antecello; et si in aliqua re me sapientiorem quoquam dixerim esse, in hoc dixerim, quod, quum non satis sciām de rebus, quae sunt apud inferos, etiam videor mihi nihil scire. At iniusta facere et non parere meliori, sive deo sive homini, id malum et turpe esse scio. Prae malis igitur, quae mala esse scio, ea quae nescio an forte sint bona, numquam metuam, neque fugiam. Quare ne nunc quidem, si me absolvit, Anyto non obsequuti, qui dixit me aut omnino non educendum huc fuisse, aut semel eductum, utique

morte multandum esse, monens vos, si evasero, fore mox ut filii vestri ea, quae Socrates doceat, sectantes, omnes penitus corrumpantur; si iam mihi dicatis: Socrate, nunc quidem Anyto non obsequemur, sed absolvimus te, hac tamen conditione ne longius in isto examine aut in sapientia quaerenda versere; sin posthac prehensus fueris in ea opera, moriere: si inquam, ea lege me absolveritis, sic respondebo vobis: Ego vos, Athenienses, in magno honore atque amore habeo, sed deo magis parebo quam vobis; et, quoad spiro ac possum, haud desinam sapientiam quaerere, vosque adhortari et admonere, quoties alicui vestrum occurro, hac qua suevi oratione: Optime vir, Athenis natus quum sis, urbe maxima et laudatissima ob sapientiam et fortitudinem, opes quidem ut tibi sint quam plurimae, utque gloria sit et honor, non te pudet curare; at prudentiam et veritatem et ut animus tuus quam optimus fiat, non curas, neque studies: et si quis vestrum controversetur eaque se dicat curare, non statim dimittam eum, nec discedam, sed interrogabo et examinabo et redarguam; et si mihi non videbitur possidere virtutem, idque dicere tamen, exprobrabo, quod res plurimi aestimandas minimi pendat, viiores autem pluris. Ita et iuniori et seniori, cuicunque occurro, faciam, sive hospiti sive civi; magis tamen civibus, quo mihi propiores estis genere. Nam id iubet, scitote, deus; et ego arbitror nullum dum vobis bonum contigisse in civitate maius quam hoc meum deo obsequium. Nihil enim circumiens aliud ago nisi ut suadeam et iunioribus et senioribus vestrum, ne corporum studio se dedant aut opum prius, aut cuiusquam alius rei tam intente, quam animi ad optimam rationem formandi; monens, non ex opibus existere virtutem, sed ex virtute opes et cetera omnia hominibus bona, tum privatum tum publice. Quae si dicens corrumpo adolescentes, perniciosa haec sane fuerint; sin quis alia me dicere ait praeter illa, nihil dicit. Quocirca ita responderim: Athenienses, sive parebitis Anyto, sive non; seu dimittetis me, seu non: sic habetote, non aliter facturum me esse, etiamsi saepe mihi sit moriendum.

Ne tumultuemini, Athenienses, sed quod vos rogavi, servate mihi ut ne tumultuemini ob ea quae dico, sed audiatis. Nam iuvabit vos, ut opinor, auditio. Etenim dicturus vobis nunc sum alia quaedam, quibus fortasse reclamabitis; at nolite hoc facere. Profecto enim, si me occidetis, talem qualem ego dico, non me magis laedetis quam vosmet ipsos. Me enim nequaquam laedet nec Melitus, nec Anytus; nam ne poterunt quidem. Non enim fas esse arbitror meliorem virum laedi a deteriore. Occidet me fortasse aut expellet aut ignominia notabit; et haec quidem fortasse hic aut alias quispiam, credo, maxima mala putat; sed ego non puto, verum multo magis, si quis facit quod nunc hicce facit, quum hominem occidere audet. Nunc igitur, Athenienses, ego minime mea causa haec dico, ut nonnemo putet, sed vestra causa, ne peccetis in dono, quod deus vobis dedit, me condemnando. Si enim me occideritis, non facile talem invenietis alium, ita plane—quamquam dictu ridiculum erit—appositum a deo civitati, velut magno et generoso equo, sed ob magnitudinem segniore, et qui incitamento eget calcaris cuiusdam: qualem mihi videtur deus addidisse me civitati, qui vos incitem et impellam et obiurgem singulos, neque cessem totum diem omnibus locis vobis assidere. Talis ergo alius non facile vobis continget, cives. Quare, me si audietis, parceris mihi. At vos offensi forsitan, velut dormitantes quum excitantur, me ferietis, atque Anyto obsequuti, temere occidetis; posthac reliquum tempus performiscetis, nisi quem alium deus vobis miserit, cura permotus vestri. Me autem talem esse, qui a deo civitati datus videar, hinc cognoscere poteritis. Nimirum non humanum videtur, quod ego mea omnia neglexi, resque domesticas tot iam annos pessumire sivi, vestram autem rem assidue curo, privatum quemque adiens, tamquam pater aut frater maior, et ad studium impellens virtutis. Quodsi ullum ex ea re caperem fructum, aut mercedem quaererem ex his adhortationibus, esset sane aliqua rei ratio: nunc ipsi videtis, hos accusatores, quum in ceteris omnibus tam impudenter accusarint, tamen non depuduisse adeo, ut adhiberent qui testaretur, me ullam umquam mercedem aut exegisse aut postulavisse. Contra enim, opinor, idoneum ego adhibeo testem, vera me dicere, paupertatem.

Fortasse igitur mirabile videatur, quod, quum ita privatum quemque consilio iuvem circumiens atque aliena curans, publice non audeo prodire in concionem vestram, ut consilio iuvem civitatem. Sed eius rei causa est, quam vobis audientibus saepe multis in locis exposui, solitum mihi fieri omen quoddam divinum et daemonium; quod etiam in scripta accusatione sua Melitus derisit. Mihi vero illud iam a puero audiri coeptum est, vox quaedam, quae quum auditur, semper repellit me ab eo quod forte facturus sum, impellit autem numquam. Idque est quod mihi adversatur ne rempublicam tractem; ac pulcherrime adversari mihi videtur. Nam profecto, Athenienses, si ego pridem aggressus essem publica negotia tractare, pridem periisset, neque aut vobis utilitatis quicquam attulisset, aut mihi met ipsi. At ne succensete mihi, vera dicenti. Nemo enim hominum salvus erit, qui aut vobis aut cuicunque alii populo ingenue aduersetur, multaque contra ius et leges in civitate fieri prohibeat; sed necesse est vere pugnaturum pro iure, si salvus esse vel brevi tempore volet, privatum agere, neque rempublicam capessere. Gravia equidem dabo vobis argumenta eius rei, non dicta, sed, quod vos magni ducitis, facta. Audite ergo mihi quae acciderunt, ut cognoscatis nemini me contra officium cedere metu mortis, quamvis non cedendo iam iamque perierim. Dicam autem vobis gravia et iudicia, sed vera tamen. Namque ego, Athenienses, nullo umquam publico munere sum functus, praeterquam senatorio; ac forte quondam tribus nostra Antiochis locum prytanicum sortita erat, quum vos decem praetores illos, qui corpora in proelio navali caesorum non sustulerant, cunctos una sententia damnari iussistis, contra leges, sicut posterius vobis omnibus visum est: tum ego solus e prytanicibus adversatus sum vobis, quo minus quid faceretis contrarium legibus, diversumque mihi calculum: et quum rhetores parati essent me deferre atque in ius educere, vosque id iuberetis et acclamaretis, ego mihi ex lege et iusto periculum potius subeundum duxi quam vobiscum, iniusta decernentibus, faciendum terrore vinculorum aut mortis. Atque haec quidem fiebant tum, quum adhuc populare in civitate imperium erat: quum illud autem ad paucos pervenisset, Trigintaviri rursus me arcessiverunt cum quatuor aliis in tholum, atque imperarunt ex Salamine huc adducere Leontem Salaminium, ab ipsis

occidendum; qualia illi etiam aliis multis multa imperabant, quum polluere criminibus quam plurimos vellent. Tunc vero ego rursus non verbis sed facto ostendi, mortem videri mihi—nisi subrustice dictum videbitur—susque deque habendam, sed ut nihil iniustum aut impium committerem, id vero maximae curae habendum. Me quidem illa potestas adeo violenta non perterruit, ut iniustum quicquam committerem. Itaque ut ex tholo egressi sumus, ceteri quatuor iverunt Salamina atque huc adduxerunt Leontem, ego autem meam viam abii domum. Et forsitan haec mihi causa fuisse mortis, nisi ista potestas cito sublata esset. Huius autem rei vobis plurimi erunt testes. Num ergo putatis me tot annos superaturum fuisse, si publicis muneribus fungerer, bonique viri fungens officio, iustitiae suffragarer, atque hoc, ut decet, plurimi facerem? Nihil profecto minus, Athenienses: neque enim alias quisquam hominum potuerit. At ego per omnem vitam, et publice sicubi quid egi, talis reperiar, et privatim idem ille, utpote qui nemini umquam concesserim quicquam praeter aequum, neque alii, neque horum cuiquam, quos ii qui me calumniantur, dicunt meos discipulos esse. Ego autem nullius umquam magister fui; sed si quis me loquentem et meas res obeuntem audire cuperet, sive iunior, sive senior, neminem umquam prohibui. Neque vero is sum qui pecunia accepta disseram, aut non accepta omittam; sed diviti pariter et pauperi me praebeo interrogandum, ac si cui libet, respondenti licet audire quae dico. Atque eorum sive quis probus fit, sive non fit, iure non sustinuerim causam ipsorum, quorum neque ulli promisi quicquam doctrinae, neque tradidi. Si quis autem dicit se a me umquam aut didicisse aut privatim audisse, quod non etiam ceteri omnes, is, scitote, verum non dicit. Sed quia tandem re nonnullos iam dudum oblectet conversatio mea, audistis, Athenienses: plane narravi ego vobis verum, oblectari eos quum audiunt explorari, si qui putant se sapientes esse, qui non sunt. Est enim res haud iniucunda. Mihi autem hoc, sicut ego aio, imperatum est a deo ut faciam, tum per vaticinia, tum per insomnia, tum quocumque demum modo divinum aliud numen homini imperare aliquid solet ut agat. Haec, Athenienses, et vera sunt et argumentis vinci facile possunt. Nam si ego iuniores partim corrumpo, partim corrupi, sane oportebat eos, si qui seniores facti cognorunt sibi, quum adolescentes essent, in aliqua re umquam me male consuluisse, nunc ipsos exsurgere meque accusare atque ulcisci: sin autem ipsi nollent, aliqui certe ex cognatis ipsorum, patres aut fratres aut alii necessarii, debebant, si quod malum a me cognati eorum perpessi essent, nunc meminisse atque ulcisci. Venerunt utique, quos adesse video, huc eorum multi: primum Crito hic, meus aequalis et popularis, Critobuli huius pater; dein Lysanias Sphettius, Aeschinis huius pater, item Antiphon Cephisiensis hic, Epigenis pater; atque alii etiam hi, quorum fratres illa conversatione mea usi sunt, Nicostratus Zotidae filius, Theodoti frater:—et Theodotus quidem obiit, ut ille mihi non potuerit apud hunc deprecator esse:—tum Paralus hic Demodoci filius, cuius frater erat Theages, et hic Adimantus Aristonis filius, cuius hicce Plato frater est, et Aeantodorus, cuius frater est hic Apollodorus. Sed et alios plurimos ego vobis nominare possum, quorum omnino aliquem debebat Melitus in actione sua adhibere testem: et si tunc oblitus est, nunc adhibeat—ego non impedio—si quid eiusmodi habet. Verum alia omnia invenietis, cives; omnes mihi succurrere paratos, corruptori, qui malefacit cognatis ipsorum, uti aiunt Melitus et Anytus. Etenim ipsis quidem corruptis forsitan esse possit ratio cur succurrant; incorruptis vero, iam senioribus viris, illorum necessariis, quae potest ratio esse succurrendi mihi, nisi recta haec et iusta, quod sciunt Melitum mentiri, me autem vera loqui? Sed hactenus, cives. Nam quae habui pro me dicenda, haec propemodum sunt, et alia, ut puto, eiusdem modi.

PERORATIO.

Fortasse autem aliquis vestrum indignabitur, memor sui, si, quum ipse quondam vel leviore in periculo quam periculum hoc meum est versatus, oraverit iudices suppliciterque rogaverit multis cum lacrimis, simul, quo magis misericordiam moveret, productis filiis suis et aliis cognatorum atque amicis multis, ego nunc huiusmodi nihil faciam, quamvis in extremum, ut video, adductus discrimen. Ergo fortasse, aliquis haec cogitans, mihi arroganter contumax irascetur hoc ipsum, et calculum iratus mittet. Quo animo si quis est vestrum—id quod equidem nolim—, sed si est, aequam mihi rem video ad eum dicturus, quum dico: Mihi quoque, vir optime, etiam cognati sunt quidam. Non sum enim, ut Homerus ait, ex *quercu aut rupe oriundus*, sed ab hominibus: unde et cognati mihi sunt, Athenienses, et filii quidem tres; unus iam adolescens, duo etiam parvuli: quorum tamen nullum huc producam, ut a vobis exorem absolutionem. Cur tandem igitur nihil huiusmodi faciam? Non arroganti contumacia, Athenienses, nec vestri contemptu: verum an ego fidenti animo mortem exspectem, nec ne, alia est ratio: ad existimationem autem et meam et vestram omninoque civitatis, non convenire mihi arbitror huiusmodi quicquam facere, qui et hanc aetatem et hoc nomen adeptus sum, sive illud merito, sive immerito; certe opinio est, Socratem aliqua re praestare plerisque hominibus. Si igitur ii vestrum qui videntur praestare aut sapientia aut fortitudine aut alia quacumque virtute, ita se adhibebunt, turpe id fuerit; quales ego saepe vidi in iudiciis, qui aliquid esse viderentur, mirifice tamen sese gerere, quippe putantes nescio quid horrendum sibi eventurum, ubi moriendum foret; quasi immortales essent futuri, si a vobis non occiderentur. Qui quidem mihi labem adspergere videntur civitati; adeo ut exterorum non nemo existimare possit, virtute praestantes Athenienses, et quos quisque sibimet ipsi in magistratibus ceterisque honoribus mandandis praeponere soleat, eos nihilo praestantiores mulierculis esse. Haec enim, Athenienses, nec vos facere decet, qui modo qualescumque esse videmini, nec si nos faciamus, a vobis concedendum est; sed hoc sane ostendendum, multo potius damnaturos vos esse eum, qui miserabilia haec spectacula edat, faciatque ut civitas derideatur, quam qui se teneat quietus. Mitto existimationem, cives; ne iustum quidem esse arbitror exorare iudicem, aut ab exorato absolvvi, sed docere ac persuadere. Non enim ad hoc sedet iudex ut ius gratificetur, sed rem ut iudicet; utpote iuratus, se non gratiam, quibuscumque libeat ipsi, sed ius redditum esse ex legibus. Quocirca nec nobis licet assuefacere vos ad peierandum, nec vobis assuefieri: sic enim neutri nostrum pietatem servare possunt. Ne igitur putate, Athenienses, ea mihi apud vos

facienda, quae neque honesta, nec iusta nec pia esse censeo, nunc praesertim, pro Iuppiter, quum maxime ^[TR3] impietatis arcessitus ab hocce Melito. Nam si persuadendo atque exorando vim vobis afferrem iuratis, aperte docerem non statuendos vobis deos esse, et plane, dum causam dico, accusarem memet ipsum, tamquam deos non credentem. Sed tantum abest ut id faciam, Athenienses, ut magis etiam credam quam meorum quisquam accusatorum; iamque vobis permitto ac deo, iudicare de me, sicut optimum tum mihi futurum est tum vobis.

PARS II.

Quare igitur haud indigne feram, Athenienses, quod factum est ut me damnaretis, et alias plurimas habeo causas, neque inopinanti mihi id factum est; quin multo magis utrorumque calculorum miror effectum numerum. Non enim putaram tam prope afore, sed aliquanto longius: nunc autem si tres modo calculi aliter cecidissent, opinor, evasissem. Ac Melitum quidem iam videor mihi evasisse, neque evasi tantum, sed nemini hoc dubium est, si Anytus et Lyco ad me accusandum non surrexisserint, illum etiam mille drachmas soluturum fuisse, non recepta quinta parte calculorum.— Aestimat ergo mihi vir item poenamque morte. Sit ita. Quanam autem re ego contra aestimabo, Athenienses? Ea certe quam commerui. Quid igitur? Quam commerui poenam aut multam, quod nescivi quietus me tenere in vita, nihilque curans ea quae plerique, quaestum, rem familiarem, conciones et potestates et conspirationes et seditiones quae in civitate fiunt, quod putabam longe longeque dignorem me esse quam ut ex talibus salutem quaererem, non egi hoc ut obirem ea quibus obeundis nec vobis nec mihi ipsi quicquam utilitatis afferre potuissem, sed ut quemque privatim demereret quo maximo videbar posse merito, hoc unum egi, ausus cuique vestrum suadere ne suarum rerum ullius curam susciperet prius quam sui ipsius suscepisset, ut quam optimus et prudentissimus fieret, neve negotiorum civitatis prius quam ipsius civitatis, eodemque modo ceterarum item rerum curam et cogitationem susciperet: quid igitur commerui, talis qui fuerim? Boni sane aliquid, Athenienses, si modo pro dignitate atque ex vero aestimatis; et quidem boni id genus quod conveniat mihi. Iam quid convenit pauperi viro, benemerenti, qui otio indiget ut vos ad virtutem adhortetur? Nihil est quod tam conveniat, Athenienses, tali viro magis, quam ut ei publice victus in prytaneo paebeatur; multoque id magis quam si quis vestrum equo aut bigis aut alio curriculo Olympiis vicit. Is enim vos facit ut beati videamini esse, ego autem ut sitis: isque victu non indiget, ego autem indigo. Itaque si me oportet ex vero ac pro dignitate aestimare, victim dicam in prytaneo.

Fortasse igitur vobis, quum haec dico, similiter videor dicere ac de miseratione et supplicibus verbis, arroganter contumax; verum non ita se res habet, Athenienses, sed hoc potius modo. Persuasum est mihi, a me sciente neminem affici iniuria—sed vobis quidem id non persuasero; nam breve fuit tempus, quo sermones inter nos contulimus: nam si lex esset vobis, sicut apud alios homines est, morte ne quis multetur unius tantum diei iudicio sed plurimum, persuaderi illud vobis potuisset; nunc autem non facile est tam brevi tempore tantas calumnias diluere—: sed persuasum quum sit mihi, a me neminem affici iniurira, multum abest ut me ipsum iniuria afficiam, meque ipse dicam aliquo malo dignum, aut huiusmodi aliquid commeruisse. Quid metuens? an ne mihi eveniat id, quod Melitus me dicit commeruisse, quod nego me scire bonum malumne sit—pro eo num ex iis, quae certo scio mala esse, delectu facto, hoc me dicam commeruisse? Num vincula? Et quid me opus est vivere in carcere, servientem eorum qui quoque tempore constituentur potestati, Undecimvirorum? an pecuniariam poenam, et in vinculis retineri, donec solvam? At hic id ipsum mihi recurrit, quod modo dicebam: nihil mihi est pecuniae, unde solvam. Exsilione ergo aestimabo item? Fortasse enim ratam facietis hanc aestimationem. At non tanta vitae cupiditate occaecatus sum, ut nequeam videre, quum vos, cives mei, perferre non potueritis meos sermones et conversationem meam, quae vobis adeo molesta et invidiosa facta est, ut iam ab ea liberari velitis, alios homines eam facile laturos esse. Id ego ut credam, Athenienses? Pulchra sane mihi vita erit, si ego hoc aetatis demigrans hinc, urbemque aliam ex alia mutans et undique expulsus vivam. Certo enim scio, quocumque venero, uti hac in urbe, non defore qui disserentem me audiant adolescentes; ac si eos repellam, hi me ipsi expellent, inductis ad id senioribus; sin non repellam, facient illud eorum et patres et cognati, eorum causa ipsorum.

Nunc forsitan dixerit aliquis: Tacitus et quietus, Socrate, vivere nobis non poteris, si hinc egressus eris? Hoc vero pluribus vestrum ad persuadendum apte explicare longe difficillimum est. Nam sive dicam esse illud deo non parere, atque ideo me haudquaquam quietum esse posse, non creditis mihi quasi dissimulatione uso; sin rursus dicam, nullum homini maius bonum posse contingere, quam ut quotidie sermones conferat de virtute et ceteris rebus, de quibus disserenti vos mihi operam datis, meque et alios exploranti—nam inexplorata vita non vitalis homini est—: hoc igitur dicenti etiam minus creditis mihi. Sed ita res est ut ego dico, cives; sed non facilis est ad explicandum. Accedit quod ego non consuevi me dignum deputare ullo malo. Etenim si mihi argentum esset, tanto item aestimarem quantum solvere possem—nam nullum mihi ea re damnum fieret—: nunc autem nihil est; nisi forte, quantum ego solvere potero, tanto mihi aestimare vultis. Fortasse solvere vobis potuerim admodum minam argenti: igitur tanto item aestimo. Sed Plato hic, Athenienses, et Crito et Critobulus et Apollodorus iubent me triginta minis aestimare, ipsique se obstringere volunt sponsione. Aestimo igitur tanto: sponsoresque eius argenti iidem vobis erunt locupletes.

PARS III.

Exigi quidem temporis causa, Athenienses, nomen vobis et crimen fiet ab iis, qui civitati vestrae maledicere volent, ex eo quod Socratem occidistis, virum sapientem. Vocabunt enim me

sapientem, etsi non sum, qui vobis opprobrium dicere cupient. At si parumper exspectassetis, idem fataliter vobis evenisset. Videte enim aetatem meam, quam longe processerit in vita, et prope sit mortem. Dico autem illud non ad omnes vos: sed tantum ad eos qui me morte multarunt. Ac dico hoc quoque ad hos eosdem. Putatis fortasse, Athenienses, inopia verborum me cecidisse talium, quibus vos movere potuissem, si putarem nihil non faciendum ac dicendum, ut a vobis absolverer. Nihil profecto minus. Inopia quidem cecidi, verum non verborum, sed audaciae et impudentiae, et quod voluntas mihi defuit dicendi ad vos ea, quae vobis gratissima essent auditu, si et eiularem et lamentarer atque alia facerem et dicerem multa, mihi, ut ego aio, indecora; qualia vos adsueti estis ex ceteris audire. Sed neque antea putabam periculi metu faciendum esse quicquam dishonestum, nec me nunc poenitet causam ita dixisse, itaque dicentem multo me emori malo quam isto modo vivere. Neque enim in iudicio neque in bello aut me aut alium quemquam decet machinando et omnia tentando id agere ut effugiamus mortem. Nam et in proeliis saepe videmus interitum posse vitari, si quis sese abiectis armis supplex converterit ad insequentes; uti et alia sunt multa in quovis genere periculorum effugia mortis, si quis nihil non facere et dicere ausit. Sed vide ne non illud difficile sit, Athenienses, mortem evitare, sed multo difficilius, improbitatem: velocius enim haec currit morte. Ita nunc ego, ut tardus et senex, a tardiore sum oppressus; accusatores autem mei, ut violenti et acres, a velociore, malitia. Ac nunc quidem discedimus hinc, ego morti addicendus a vobis, isti contra addicti veritatis voce pravitati et iniustitiae. Atque ego illam sententiam ratam habeo, istique hanc suam. Igitur haec et oportebat sic, opinor, agi, et satis tolerabiliter acta puto.

Quod reliquum est, cupio vobis vaticinari, condemnatores mei. Perveni enim nunc eo ubi maxime homines vaticinantur, quum mors imminet. Nam praedico, cives, si me occideritis, continuo vobis post excessum meum venturam esse poenam, longe, luppiter, graviorem illam quam qua me multastis capitali. Hoc enim nunc fecistis, spe inducti fore ut reddendam vitae rationem defugiatis: sed contra plane eventurum vobis dico. Plures erunt vobis castigatores, quos adhuc ego cohibebam, vos autem id non sentiebatis; eruntque illi graviores, quo adolescentiores sunt, et vestram magis movebunt indignationem. Si vero putatis, occidens hominibus prohibituros vos esse ne quis vobis vitam exprobret parum honeste actam, haud recte iudicatis. Ista enim via defugere censuram nec licet nec decet; at haec et pulcherrima cuique et facillima via est, non intercipere ceteros, sed suum ipsius animum sic componere ut fiat quam optimus. Ita haec vobis qui me condemnasti vaticinatus, desino.

Cum his vero qui me absolverunt libenter colloquar de iis, quae modo facta sunt, interim dum magistratus suas res agunt, egoque nondum abducor quo abductum me mori oportet. Itaque mihi manete, cives, tantum temporis: nihil enim obstat quo minus inter nos confabulemur, quoad licet. Nam vobis tamquam amicis ostendere volo, quid significant haec quae mihi nunc usu venerunt. Etenim mihi, iudices—quippe vos iudicum nomine recte appellari—mirabile quiddam evenit. Nam consuetum mihi divinum omen priore quidem tempore perquam frequens semper erat, et perlevibus de causis adversabatur, ubi quid non bene facturus essem. Nunc autem, ut ipsi videtis, hoc accedit mihi, quod sane quis putet ac vere numeratur extremum malorum: sed mihi neque exeunti mane domo adversatum est signum dei, neque quum huc adscenderem in iudicium, neque in ulla sermonis parte, si quid dicere vellem; tametsi id in aliis sermonibus mihi plurimis locis medium dictionis cursum inhibuit. Nunc autem nusquam in huius diei actione mihi, nec facienti quicquam nec dicenti, adversatum est. Cuius rei quam causam esse suspicere, ego dicam vobis. Nam videtur id quod mihi accedit bonum fuisse; ac nequaquam recte suspicamur, qui malum putamus esse mortem. Magno arguento mihi hoc fuit: non potest fieri quin adversatum mihi fuisset consuetum signum, nisi ego aliquid boni essem acturus.

Consideremus iam sic quoque, quam magna spes sit bonum illud esse. Ex duabus enim alterum est mors: nam aut velut in nihilum interitus est, ut ne ullum quidem ullius rei sensum retineat mortuus, aut, quod vulgo dicitur, commutatio quaedam et peregrinatio animi hac ex sede hinc in aliam sedem. Ac sive omnis sensus privatio est, similisque ei somno, quo quis consopitus ne somnium quidem ullum cernit, mirificum prorsus lucrum est in morte. Ego enim putarim, si quis diligere velit talem noctem, in qua sic dormivit ut nullum viderit somnium, ceterasque noctes et dies vitae sua comparatas cum ea nocte velit reputare ac dicere, quot dies et noctes melius suaviusque tali nocte egerit in sua vita; putarim eum, non modo privatum hominem sed regem magnum, admodum numerabiles illas reperturum esse, cum ceteris collatas diebus et noctibus. Quodsi eiusmodi quiddam est mors, lucrum equidem dico: ita enim nihil amplius videtur omne consequens tempus esse quam una nox: sin similis mors est migrationi hinc in aliam sedem, veraque sunt quae dicuntur, habitare illic omnes qui vita cesserunt, quid est quod huic bono praeferamus, iudices? Nam si quis delatus ad inferos, ab his qui se iudices ferunt evaserit, eosque convenerit qui vere sunt iudices, quos etiam dicunt illic iudicare, Minoem, Rhadamanthum, Aeacum, Triptolemum, atque alios, quotquot ex semideis vitam iuste peregerunt, an spernenda videri poterit ea migratio? Iam vero versari cum Orpheo, Musaeo, Hesiodo, Homero, quanti cuique vestrum aestimandum videtur? Ego certe saepe emori cupio, si illa sunt vera. Nam mihi quidem ipsi delectabilis ibi conversatio erit, si colloqui licebit cum Palamede et Aiace Telamonio, et si quis prisorum alias iniquo iudicio oppressus est: conferre meos casus cum illorum, non iniucunda, ut arbitror, res erit. Id vero vel maximum erit, ita me vivere, ut eos qui illic sunt, similiter atque hic homines, examinem atque explorem, quis sapiens sit eorum, et quis sibi videatur esse, quum non sit. Quanti tandem quis aestimandum putabit, iudices, explorare eum qui magnum illum exercitum duxit ad Troiam, aut Ulyssem aut Sisyphum? ne sexcentos memorem aliquos, vel viros vel mulieres, quibuscum versari et colloqui et ad examinis consuetudinem redire, nimium quantum erit beatitatis. Non enim illi, opinor, ea de causa nos occident. Nam et ceteris rebus beatores illi sunt nobis qui hic vivimus, et reliquum iam tempus immortales sunt, si modo quod vulgo dicitur, verum

est.

Sed vos quoque decet, iudices, bonam spem agitare de morte, idque unum animo tenere verum, numquam viro bono mali quicquam evenire posse, nec vivo, nec mortuo, nec res eius negligi a diis: nec mihi haec nunc acciderunt fortuito, sed illud non dubium est, quin iam mori atque his aerumnis exsolvi optimum fuerit mihi. Propterea etiam nusquam me revocavit signum istud; nec magnopere iis, qui me condemnarunt et qui accusarunt, succenseo: etsi non eo consilio agebant condemnatores mei et accusatores, sed quod mihi nocere se crediderant; in quo sane non carent iusta reprehensione.

Tantum adhuc ab iis peto. Filios meos, quum primum adoleverunt, coercete, cives, eodemque illos modo vexate, quo ego vos vexabam, si vobis videbuntur vel opibus vel ulli alii rei studere potius quam virtuti; ac si videbuntur sibi aliquid esse, quum nihil sint, exprobrate illis, sicut ego vobis, quod non studeant iis quibus oportet rebus, potentque aliquid se esse, quum nullo sint numero. Quod si feceritis, iusta acceperimus et ego a vobis ipse et filii. Sed iam tempus est hinc abire, mihi quidem ad moriendum, vobis ad vivendum. Utris autem nostrum melius cessurum sit, id nemo quisquam scit praeter deum.

FINIS.

[TR1] "Quomodo" → "quomodo"

[TR2] "Utrum" → "utrum"

[TR3] "quummaxime" → "quum maxime"

TRANSCRIBER'S NOTES:

The following edition was used for the transcription of the Latin text:

Friedrich August Wolf, "Platonis Apologia Socratis" (Berlin, Nauck, 1812)

The introduction was taken from this edition:

F. Wagner, "Plato's Apology of Socrates and Crito" (Boston, John Allyn, 1877)

Headings were added to match the logical structure pointed out in this introduction. Footnotes added by the Transcriber are marked as [TR1], [TR2], etc.

*** END OF THE PROJECT GUTENBERG EBOOK PLATONIS APOLOGIA SOCRATIS ***

Updated editions will replace the previous one—the old editions will be renamed.

Creating the works from print editions not protected by U.S. copyright law means that no one owns a United States copyright in these works, so the Foundation (and you!) can copy and distribute it in the United States without permission and without paying copyright royalties. Special rules, set forth in the General Terms of Use part of this license, apply to copying and distributing Project Gutenberg™ electronic works to protect the PROJECT GUTENBERG™ concept and trademark. Project Gutenberg is a registered trademark, and may not be used if you charge for an eBook, except by following the terms of the trademark license, including paying royalties for use of the Project Gutenberg trademark. If you do not charge anything for copies of this eBook, complying with the trademark license is very easy. You may use this eBook for nearly any purpose such as creation of derivative works, reports, performances and research. Project Gutenberg eBooks may be modified and printed and given away—you may do practically ANYTHING in the United States with eBooks not protected by U.S. copyright law. Redistribution is subject to the trademark license, especially commercial redistribution.

START: FULL LICENSE

THE FULL PROJECT GUTENBERG LICENSE

PLEASE READ THIS BEFORE YOU DISTRIBUTE OR USE THIS WORK

To protect the Project Gutenberg™ mission of promoting the free distribution of electronic works, by using or distributing this work (or any other work associated in any way with the phrase "Project Gutenberg"), you agree to comply with all the terms of the Full Project Gutenberg™ License available with this file or online at www.gutenberg.org/license.

Section 1. General Terms of Use and Redistributing Project Gutenberg™ electronic works

1.A. By reading or using any part of this Project Gutenberg™ electronic work, you indicate that you have read, understand, agree to and accept all the terms of this license and intellectual

property (trademark/copyright) agreement. If you do not agree to abide by all the terms of this agreement, you must cease using and return or destroy all copies of Project Gutenberg™ electronic works in your possession. If you paid a fee for obtaining a copy of or access to a Project Gutenberg™ electronic work and you do not agree to be bound by the terms of this agreement, you may obtain a refund from the person or entity to whom you paid the fee as set forth in paragraph 1.E.8.

1.B. "Project Gutenberg" is a registered trademark. It may only be used on or associated in any way with an electronic work by people who agree to be bound by the terms of this agreement. There are a few things that you can do with most Project Gutenberg™ electronic works even without complying with the full terms of this agreement. See paragraph 1.C below. There are a lot of things you can do with Project Gutenberg™ electronic works if you follow the terms of this agreement and help preserve free future access to Project Gutenberg™ electronic works. See paragraph 1.E below.

1.C. The Project Gutenberg Literary Archive Foundation ("the Foundation" or PGLAF), owns a compilation copyright in the collection of Project Gutenberg™ electronic works. Nearly all the individual works in the collection are in the public domain in the United States. If an individual work is unprotected by copyright law in the United States and you are located in the United States, we do not claim a right to prevent you from copying, distributing, performing, displaying or creating derivative works based on the work as long as all references to Project Gutenberg are removed. Of course, we hope that you will support the Project Gutenberg™ mission of promoting free access to electronic works by freely sharing Project Gutenberg™ works in compliance with the terms of this agreement for keeping the Project Gutenberg™ name associated with the work. You can easily comply with the terms of this agreement by keeping this work in the same format with its attached full Project Gutenberg™ License when you share it without charge with others.

1.D. The copyright laws of the place where you are located also govern what you can do with this work. Copyright laws in most countries are in a constant state of change. If you are outside the United States, check the laws of your country in addition to the terms of this agreement before downloading, copying, displaying, performing, distributing or creating derivative works based on this work or any other Project Gutenberg™ work. The Foundation makes no representations concerning the copyright status of any work in any country other than the United States.

1.E. Unless you have removed all references to Project Gutenberg:

1.E.1. The following sentence, with active links to, or other immediate access to, the full Project Gutenberg™ License must appear prominently whenever any copy of a Project Gutenberg™ work (any work on which the phrase "Project Gutenberg" appears, or with which the phrase "Project Gutenberg" is associated) is accessed, displayed, performed, viewed, copied or distributed:

This eBook is for the use of anyone anywhere in the United States and most other parts of the world at no cost and with almost no restrictions whatsoever. You may copy it, give it away or re-use it under the terms of the Project Gutenberg License included with this eBook or online at www.gutenberg.org. If you are not located in the United States, you will have to check the laws of the country where you are located before using this eBook.

1.E.2. If an individual Project Gutenberg™ electronic work is derived from texts not protected by U.S. copyright law (does not contain a notice indicating that it is posted with permission of the copyright holder), the work can be copied and distributed to anyone in the United States without paying any fees or charges. If you are redistributing or providing access to a work with the phrase "Project Gutenberg" associated with or appearing on the work, you must comply either with the requirements of paragraphs 1.E.1 through 1.E.7 or obtain permission for the use of the work and the Project Gutenberg™ trademark as set forth in paragraphs 1.E.8 or 1.E.9.

1.E.3. If an individual Project Gutenberg™ electronic work is posted with the permission of the copyright holder, your use and distribution must comply with both paragraphs 1.E.1 through 1.E.7 and any additional terms imposed by the copyright holder. Additional terms will be linked to the Project Gutenberg™ License for all works posted with the permission of the copyright holder found at the beginning of this work.

1.E.4. Do not unlink or detach or remove the full Project Gutenberg™ License terms from this work, or any files containing a part of this work or any other work associated with Project Gutenberg™.

1.E.5. Do not copy, display, perform, distribute or redistribute this electronic work, or any part of this electronic work, without prominently displaying the sentence set forth in paragraph 1.E.1 with active links or immediate access to the full terms of the Project Gutenberg™ License.

1.E.6. You may convert to and distribute this work in any binary, compressed, marked up,

nonproprietary or proprietary form, including any word processing or hypertext form. However, if you provide access to or distribute copies of a Project Gutenberg™ work in a format other than "Plain Vanilla ASCII" or other format used in the official version posted on the official Project Gutenberg™ website (www.gutenberg.org), you must, at no additional cost, fee or expense to the user, provide a copy, a means of exporting a copy, or a means of obtaining a copy upon request, of the work in its original "Plain Vanilla ASCII" or other form. Any alternate format must include the full Project Gutenberg™ License as specified in paragraph 1.E.1.

1.E.7. Do not charge a fee for access to, viewing, displaying, performing, copying or distributing any Project Gutenberg™ works unless you comply with paragraph 1.E.8 or 1.E.9.

1.E.8. You may charge a reasonable fee for copies of or providing access to or distributing Project Gutenberg™ electronic works provided that:

- You pay a royalty fee of 20% of the gross profits you derive from the use of Project Gutenberg™ works calculated using the method you already use to calculate your applicable taxes. The fee is owed to the owner of the Project Gutenberg™ trademark, but he has agreed to donate royalties under this paragraph to the Project Gutenberg Literary Archive Foundation. Royalty payments must be paid within 60 days following each date on which you prepare (or are legally required to prepare) your periodic tax returns. Royalty payments should be clearly marked as such and sent to the Project Gutenberg Literary Archive Foundation at the address specified in Section 4, "Information about donations to the Project Gutenberg Literary Archive Foundation."
- You provide a full refund of any money paid by a user who notifies you in writing (or by e-mail) within 30 days of receipt that s/he does not agree to the terms of the full Project Gutenberg™ License. You must require such a user to return or destroy all copies of the works possessed in a physical medium and discontinue all use of and all access to other copies of Project Gutenberg™ works.
- You provide, in accordance with paragraph 1.F.3, a full refund of any money paid for a work or a replacement copy, if a defect in the electronic work is discovered and reported to you within 90 days of receipt of the work.
- You comply with all other terms of this agreement for free distribution of Project Gutenberg™ works.

1.E.9. If you wish to charge a fee or distribute a Project Gutenberg™ electronic work or group of works on different terms than are set forth in this agreement, you must obtain permission in writing from the Project Gutenberg Literary Archive Foundation, the manager of the Project Gutenberg™ trademark. Contact the Foundation as set forth in Section 3 below.

1.F.

1.F.1. Project Gutenberg volunteers and employees expend considerable effort to identify, do copyright research on, transcribe and proofread works not protected by U.S. copyright law in creating the Project Gutenberg™ collection. Despite these efforts, Project Gutenberg™ electronic works, and the medium on which they may be stored, may contain "Defects," such as, but not limited to, incomplete, inaccurate or corrupt data, transcription errors, a copyright or other intellectual property infringement, a defective or damaged disk or other medium, a computer virus, or computer codes that damage or cannot be read by your equipment.

1.F.2. LIMITED WARRANTY, DISCLAIMER OF DAMAGES - Except for the "Right of Replacement or Refund" described in paragraph 1.F.3, the Project Gutenberg Literary Archive Foundation, the owner of the Project Gutenberg™ trademark, and any other party distributing a Project Gutenberg™ electronic work under this agreement, disclaim all liability to you for damages, costs and expenses, including legal fees. YOU AGREE THAT YOU HAVE NO REMEDIES FOR NEGLIGENCE, STRICT LIABILITY, BREACH OF WARRANTY OR BREACH OF CONTRACT EXCEPT THOSE PROVIDED IN PARAGRAPH 1.F.3. YOU AGREE THAT THE FOUNDATION, THE TRADEMARK OWNER, AND ANY DISTRIBUTOR UNDER THIS AGREEMENT WILL NOT BE LIABLE TO YOU FOR ACTUAL, DIRECT, INDIRECT, CONSEQUENTIAL, PUNITIVE OR INCIDENTAL DAMAGES EVEN IF YOU GIVE NOTICE OF THE POSSIBILITY OF SUCH DAMAGE.

1.F.3. LIMITED RIGHT OF REPLACEMENT OR REFUND - If you discover a defect in this electronic work within 90 days of receiving it, you can receive a refund of the money (if any) you paid for it by sending a written explanation to the person you received the work from. If you received the work on a physical medium, you must return the medium with your written explanation. The person or entity that provided you with the defective work may elect to provide a replacement copy in lieu of a refund. If you received the work electronically, the person or entity providing it to you may choose to give you a second opportunity to receive the work electronically in lieu of a refund. If the second copy is also defective, you may demand a refund in writing without further opportunities to fix the problem.

1.F.4. Except for the limited right of replacement or refund set forth in paragraph 1.F.3, this work is provided to you 'AS-IS', WITH NO OTHER WARRANTIES OF ANY KIND, EXPRESS OR IMPLIED, INCLUDING BUT NOT LIMITED TO WARRANTIES OF MERCHANTABILITY OR FITNESS

FOR ANY PURPOSE.

1.F.5. Some states do not allow disclaimers of certain implied warranties or the exclusion or limitation of certain types of damages. If any disclaimer or limitation set forth in this agreement violates the law of the state applicable to this agreement, the agreement shall be interpreted to make the maximum disclaimer or limitation permitted by the applicable state law. The invalidity or unenforceability of any provision of this agreement shall not void the remaining provisions.

1.F.6. INDEMNITY - You agree to indemnify and hold the Foundation, the trademark owner, any agent or employee of the Foundation, anyone providing copies of Project Gutenberg™ electronic works in accordance with this agreement, and any volunteers associated with the production, promotion and distribution of Project Gutenberg™ electronic works, harmless from all liability, costs and expenses, including legal fees, that arise directly or indirectly from any of the following which you do or cause to occur: (a) distribution of this or any Project Gutenberg™ work, (b) alteration, modification, or additions or deletions to any Project Gutenberg™ work, and (c) any Defect you cause.

Section 2. Information about the Mission of Project Gutenberg™

Project Gutenberg™ is synonymous with the free distribution of electronic works in formats readable by the widest variety of computers including obsolete, old, middle-aged and new computers. It exists because of the efforts of hundreds of volunteers and donations from people in all walks of life.

Volunteers and financial support to provide volunteers with the assistance they need are critical to reaching Project Gutenberg™'s goals and ensuring that the Project Gutenberg™ collection will remain freely available for generations to come. In 2001, the Project Gutenberg Literary Archive Foundation was created to provide a secure and permanent future for Project Gutenberg™ and future generations. To learn more about the Project Gutenberg Literary Archive Foundation and how your efforts and donations can help, see Sections 3 and 4 and the Foundation information page at www.gutenberg.org.

Section 3. Information about the Project Gutenberg Literary Archive Foundation

The Project Gutenberg Literary Archive Foundation is a non-profit 501(c)(3) educational corporation organized under the laws of the state of Mississippi and granted tax exempt status by the Internal Revenue Service. The Foundation's EIN or federal tax identification number is 64-6221541. Contributions to the Project Gutenberg Literary Archive Foundation are tax deductible to the full extent permitted by U.S. federal laws and your state's laws.

The Foundation's business office is located at 809 North 1500 West, Salt Lake City, UT 84116, (801) 596-1887. Email contact links and up to date contact information can be found at the Foundation's website and official page at www.gutenberg.org/contact

Section 4. Information about Donations to the Project Gutenberg Literary Archive Foundation

Project Gutenberg™ depends upon and cannot survive without widespread public support and donations to carry out its mission of increasing the number of public domain and licensed works that can be freely distributed in machine-readable form accessible by the widest array of equipment including outdated equipment. Many small donations (\$1 to \$5,000) are particularly important to maintaining tax exempt status with the IRS.

The Foundation is committed to complying with the laws regulating charities and charitable donations in all 50 states of the United States. Compliance requirements are not uniform and it takes a considerable effort, much paperwork and many fees to meet and keep up with these requirements. We do not solicit donations in locations where we have not received written confirmation of compliance. To SEND DONATIONS or determine the status of compliance for any particular state visit www.gutenberg.org/donate.

While we cannot and do not solicit contributions from states where we have not met the solicitation requirements, we know of no prohibition against accepting unsolicited donations from donors in such states who approach us with offers to donate.

International donations are gratefully accepted, but we cannot make any statements concerning tax treatment of donations received from outside the United States. U.S. laws alone swamp our small staff.

Please check the Project Gutenberg web pages for current donation methods and addresses. Donations are accepted in a number of other ways including checks, online payments and credit card donations. To donate, please visit: www.gutenberg.org/donate

Section 5. General Information About Project Gutenberg™ electronic works

Professor Michael S. Hart was the originator of the Project Gutenberg™ concept of a library of electronic works that could be freely shared with anyone. For forty years, he produced and distributed Project Gutenberg™ eBooks with only a loose network of volunteer support.

Project Gutenberg™ eBooks are often created from several printed editions, all of which are confirmed as not protected by copyright in the U.S. unless a copyright notice is included. Thus, we do not necessarily keep eBooks in compliance with any particular paper edition.

Most people start at our website which has the main PG search facility: www.gutenberg.org.

This website includes information about Project Gutenberg™, including how to make donations to the Project Gutenberg Literary Archive Foundation, how to help produce our new eBooks, and how to subscribe to our email newsletter to hear about new eBooks.